



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**M. Adami, Scriptoris Vetvsti, Historia Ecclesiastica,
Religionis Propagatae Gesta, Ex Hammabvrgensi
Potissimum Atque Bremensi Ecclesiis, Per Vicina
Septentrionis Regna**

Adamus <Bremensis>

Helmetadi[i], 1670

IX. Diploma Henrici I. Cognomento Avcvpis, Imp. Rom.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11096

rentem iusta despicias, custodia in te æquitatis excellat, ut nec divitem potentia sua aliquid apud vos extra viam suadeat rationis audere, nec pauperem de re sua faciat humilitas desperare: quatinus Deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio præcipit, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Sed his omnibus salubriter uti poteris, si magistram Charitatem habueris, quam qui secutus fuerit, à re-cto aliquando tramite non recedit. Ecce, Frater Carissime, inter multa alia ista sunt Sacerdotij, ista sunt Pallij, quæ si studiose servaveris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis Sancta Trinitas Fraternitatem vestram gratiæ suæ protectione circumdet, atque ita in timoris sui via nos dirigat, ut post vitæ hujus amaritudinem ad æternam simul dulcedinem pervenire mereamur. Scriptum per manum Johannis Scriniarij Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in mense Majo, Indictione decima quarta. Bene vale. Data in Kalend. Junij per manum Theophylacti Sacellarij Sanctæ sedis Apostolicæ, Anno, Deo propitio, Pontificatus Domini Sergii Summi Pontificis, & Universitatis Papæ in sacratissima sede Beati Petri Apostoli VIII, Indictione XIV.

IX.

DIPLOMA HENRICI I. COGNOMEN-
TO AVCVPIS, IMP. ROM.

Apud Lin-
denbrog-
pag. 148.
Meibomi-

HENRICUS in nomine sanctæ & individue Trinitatis Henricus divina favente clementia Rex. Noverint omnes fideles nostri tam presentes quam etiam & futuri, qualiter

liter nos rogatu Vnnonis *Hamburgensis Ecclesie Venerabilis Archiepiscopi*, quendam commutationem inter se, & quendam nobilem virum nomine VVillarium fieri permisimus. Tradidit enim præfatus VVillar cum manu Rasmade conjugis sue, & Thoadulfi filij eius, ad prædictum Episcopatum in manum ipsius Ecclesie Episcopi Vnnonis & Ulfridi sui etiam Advocati, quicquid proprietatis in locis Holtgibutli, Holthem, Fokaresha, Niantorp, Omanthorp, VValle, Magulum, Rikinburgi & Damista nuncupatis, habere visus est, cum curtilibus, edificiis, mancipiis, terris cultis & incultis, & omnibus, quæ dici aut nominari possunt, appendiciis, contra eam recompensationem, quam ab eodem Episcopatu sibi traditam accepit, & nostræ auctoritatis scripto confirmatam acquisivit. Eandem vero commutationem ejusdem Episcopi petitione hoc scripto confirmari jussimus, & ut hoc nostræ confirmationis præceptum à fidelibus nostris verius credatur, & diligentius observetur, manu nostra subtus illud firmavimus, & annuli nostri impressione sigillari præcepimus. Data IX. Kalend. Junij anno Dominicæ incarnationis. DCCCCXXXV. Indictione VIII. Anno autem Henrici Regis XVII. Actum Diusburg in Dei nomine. Amen.

um in Ap-
pendice
ad VViti-
chindum,
pag. 116.

X.

DIPLOMA IMP. OTTONIS I. DE LI-
BERTATE ECCLESIE HAM-
BURGENSIS.

Dd

In